Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

129) Apud Meichelbeckium Chron. Benedicto b. p. I, c. 18; diploma signens. est,

In nomine Domini Amen. Nos Albertus Dei gratia Comes Tyrolen. notum facimus universis Christi fidelibus. et protestamur cartula presenti omnes donationes, quas illustris, Otto. Dux Meranie. Comes Palatinus Burgundie. pie memorie. in decimis de hereditate sua. sive allodio. ante obitum suum donavit Cenobio Burensi: in agris. pratis. aquis. et silvis. cultu. et inculto. et in theloneis. nos et nostri successores. ratum habemus et firmum. et scripto nostro. ad meliorem certitudinem. et cautelam confirmamus cenobio. et Dominis predictis. Ad hec mandamus, precipimus districte et committimus omnibus nostris Gastaldionibus (id est, Præfectis) qui sunt et qui fuerint, ut dicto cenobio annuatim plene et integre solvant decimam premissam tam in montibus quam extra montes. Volumus etiam et mandamus. ut nullus novus theloneator. predictos cum aliqua exactione thelonei veniendo vel redeundo impedial vel detineat. Ut hoc per nos et per nostros firmum observetur. et incorruptum. presentem paginam sibi fecimus. et sigilli nostri munimine roboran. Acta sunt hec in Burgo Insprunch in Stuppaldulrici Haller Anno Domini MCCXLVIII. die tertia decima exeunte Decembri (id est, die XIX Decembris) in presentia istorum testium. Dominorum. Hainricus nobilis Comes de Eschenloch. Hainricus de Welperch. Friderius et Hainr. fratres de Hohenburch. Berchtoldus Chrellonis. Chunradus et Ulricus frat. de Vellenberch. Bertoldus. Engelschalcus. Hartmannus Tarantorum frat. de Tyrol. Lazarus de Morspach. Friderici Scribe et aliorum.

130) Apud Burglehnerum t. II, l. 4, c. 22; in et Zibolcium Aquil. purp. e tabulis Wilthinensibus, dato 29 Februarii 1249 Witmarus miles, de mattrey per manus Domini Alberti comitis de Tyrol, et per manus fratris sui Rutgeri de mattrey, ac D. Henrici de matrei obiremedium animæ suæ, suæque uxoris Dominæ Agnetis dedit bona monasterio Wilthinensi. Unde dictus d. Albertus comes tirolis suum appendit sigillum. Testes sunt d. Henricus et frater eius D. Otto wolff de wolffsperg, Dominus Chrello Truchsa, Jacobus et Dietmarus filii D. Berchtoldi de Kifenecke, D. Ulricus Suppanus, D. Ulricus de Moser, D. Bertoldus Tarant, et fratres sui D. Hartmannus et D. Engelmarus de Tyrol. D. Perhtungus de magis (Majis). Item Domnus Lazarus de morelbach, D. Sigehardus Choloo, Otto de